SHOUT
SHARE
IT

S. 631. A 1.

# ANNALES

## ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE.

# ANNALES

S. 641.

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE.

Academies, etc. - Leyden

# ANNALES

## ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE,

*a d.* VI *Novembris A.* CIↃIↃCCCXV *ad d.* VIII *Februarii A.* CIↃIↃCCCXVI.

RECTORE MAGNIFICO

## JOANNE MELCHIORE KEMPER.

SCRIPTO CONSIGNAVIT

## JOANNES HENRICUS VAN DER PALM,

*ACADEMIAE ACTUARIUS.*

GUILIELMO I.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,

MDCCCXVII.

# ANNALES

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE,

a d. VI Novembris A. CIↃIↃCCXV ad d. VIII Februarii A. CIↃIↃCCXVI.

RECTORE MAGNIFICO

JOANNE MELCHIORE KEMPER

SCRIPTO CONSIGNAVIT

JOANNES HENRICUS VAN DER PALM,

ACADEMIAE ACTUARIUS.



LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXVII.

# GUILIELMO I.

## UNIVERSI BELGII REGI

*S A C R U M.*

GUILIELMO I.

UNIVERSI BELGII REGI

SACRUM.

# INDEX

## EORUM, QUAE IN HOC ANNALIUM VOLUMINE CONTINENTUR.


INTRODUCTIO . . . . . Pag. 1

J. M. KEMPERI Oratio, in Academiae instauratae inauguratione habita, (Belgice) . . . . . 15

Orationis Appendix . . . . . 41

M. SIEGENBEEK Carmen, in Academiae instaurationem, (Belgice) . 63

Nomina Professorum, Lectorum et Magistrornm Academicorum . . 73

Series Lectionum Rectore Magnifico J. M. KEMPER . . . . 75

Nomina Professorum et Lectoris Athenaei Amstelaedamensis . . . 81

Series Lectionum in illo Athenaeo habitarum . . . . . 83

Acta et gesta a d. VI Novembris 1816 ad VIII Februarii 1817 . . . 87

Programma Certaminis Literarii a. 1816 indicti . . . . . 90

Series Dissertationum Inauguralium publice defensarum . . . . 95

J. BAKE Oratio Inauguralis . . . . . 99

J. M. KEMPER Oratio, cum Magistratum Academicum poneret . . 125

Elenchus Scriptorum, a Defunctis Professoribus editorum . . . . 143

# I N D E X

# INTRODUCTIO.

Novissima Academiae Lugduno-Batavae fata accurate et copiose narrare, et longum sit, et, cum neminem harum rerum studiosum lateant, supervacuum. Quare praecipua paucis comprehendam.

Postquam enim Gallorum Imperator Napoleon Buonaparte imperium regni Hollandici, a fratre Ludovico, quod illud integrum et salva Regia dignitate diutius tenere non posset, ultro abdicatum, occupaverat, suaeque amplissimae ditioni sic adjunxerat, ut legibus simul atque institutis, in universa Francia vigentibus, subjiceret, illustrissimae Foederati quondam Belgii Academiae communi clade erant obruendae, vel ad recentia Gallorum placita refingendae.

Itaque d. 22 Octobris A. CIↃ IↃ CCC XI editum est Imperatoris decretum, quo, Academia Franequerana et Harderovicensi exstinctis, Ultrajectina in Scholam, quam vocabant secundariam, conversa, Leidensis et Groningana, Academiae titulo conservato, cum magnae Universitatis Gallicae corpore, tamquam partes et membra conjungebantur.

Nec tamen nova Academiarum nostrarum ad Gallicas leges conformatio, ex Imperatoris decreto, mox obtinuit, sed pristina earum ratio aliquamdiu post conservata est, donec statuto Universitatis Gallicae Praefecti, d. 9 Augusti 1812, ceteris utriusque Academiae Professoribus munere confirmato, aliisque, qui antea Franequerae vel Harderovi-

ei docendi provinciam gesserant, in eorum ordinem adscitis, inauguratio Leidensis Academiae, nam de Groningana porro tacebo, constituta est in d. 3 Novembris ejusdem anni.

Secundum hoc igitur statutum Professores Leidae tum fuerunt

## THEOLOGI.

Dogmatices C. BOERS, Facultatis Decanus.
Historiae Ecclesiasticae, J. G. TE WATER.
Ethicae Christianae J. VAN VOORST.
Facultati adjunctus E. A. BORGER.

## JURIDICI.

Juris Romani D. G. VAN DER KEESSEL, Facultatis Decanus.
Codicis Napoleontici et causarum instructionis, N. SMALLENBURG.
Codicis Napoleontici E. HAGEMAN.
Jurisprudentiae Criminalis et Codicis de Commercio J. M. KEMPER.
Codicis Napoleontici H. G. TYDEMAN.

## MEDICI.

Physiologiae E. SANDIFORT, Facultatis Decanus.
Pathologiae et Therapeutices N. G. OOSTERDYK.
Chemiae et Historiae Naturalis S. J. BRUGMANS.
Chirurgiae M. S. DU PUL.
Anatomiae G. SANDIFORT.
Pathologiae et Therapeutices J. C. KRAUSS.
Ejusdem disciplinae, A. YPEY.

DISCIPLINARUM PHYSICARUM ET MATHEMATICARUM.

Mathematices Sublimioris et Physices S. SPEYERT VAN DER EYK, Facultatis Decanus.

Astronomiae C. EKAMA.

Lector Mathematices elementaris J. A. FAS.

LITERARUM.

Linguarum Orientalium J. H. VAN DER PALM, Facultatis Decanus.

Literarum Graecarum et Latinarum D. WYTTENBACH.

Linguae Graecae H. TOLLIUS.

Literarum Belgicarum M. SIEGENBEEK.

Logices et Metaphysices S. J. VAN DE WYNPERSSE.

Historiarum J. H. REGENBOGEN.

Literarum Gallicarum J. F. MIELLE.

Academiae Rector creatus est S. J. BRUGMANS.

Academiae Inspectores J. H. VAN SWINDEN et . . . FLAMENT.

Academiae regundae Collegio (*Conseil Académique*) adscripti, BOERS, VAN DER KEESSEL, SANDIFORT, VAN DER PALM et KEMPER.

Academiae autem Leidensis inauguratio, jussu Universitatis Gallicae Moderatorum, celebrata est magna ambitionis pompa, multisque solennibus, in quibus, ut alia mittam, memoranda est Oratio, a Cl. Rectore habita, qua quid emolumenti e Francicis legibus in hujus quoque regionis studia, literas, artes, redundare posset, pro temporis necessitate, rerumque, qui tunc erat, statu, copiose exposuit.

Atque de iis quidem, quae Palladi nostrae evenere, quamdiu Gallorum dominationi subjecta fuit, non lubet pluribus disserere. Unum tamen silentio non est praetereundum, ex infausta illa Leidensis Academiae cum vasto et informi Gallicae Universitatis corpore conjunctione, minus quam quis forte jure metuisset, et detrimenti accepisse literarum studia, et incommodi molestiaeque sensisse vel docentes vel discentes; neque, quod sane non est exiguum, ullam cladem Bibliothecae aliisve possessionibus Academicis esse illatam. Quod non fortunae tantum beneficio, aut feliciter post unius anni intervallum subsecutae Reipublicae Batavae instaurationi, sed magnam quoque partem BRUGMANSII curae prudentiaeque acceptum feramus oportet, qui, cum ingenii eruditionisque laude id assecutus esset, ut plurimum apud Gallos gratia valeret, eam omnem ad Academiae utilitatem constanter et egregie contulit.

Verum major, vertente hoc anno Academico, Scholam Leidensem pestis invasit, cum nobilissimarum stirpium juvenes ad militiam equestrem vi cogerentur, eorumque haud pauci a Literarum studiis, frustra reluctantibus et ipsis eorumque Parentibus aut Amicis, et Doctoribus Academicis, dira necessitate avellerentur. Sic inter varia fata primus hicce annus ad finem pervenit. Quae autem, Universitatis lege vel consuetudine, anno proximo, d. 4 Octobris 1813, ad lectiones Academicas rite instaurandas, habenda erat ad studiosam juventutem solennis allocutio et exhortatio, habuit eam a Rectore ad id ipsum designatus, Facultatis literariae Decanus J. H. VAN DER PALM, et ita habuit, ut auditorum animos ad amissae patriae memoriam sancte et pie colendam, atque ad praesentium rerum consolationem, quantum posset, erigeret et confirmaret. Qua allocutione, cum nec ad assentandi voluntatem, nec ad officiosam Imperatoris adulationem esset composita, gravem apud tyrannidis Francicae satellites suscepit offensionem Orator; ita ut apud illud tribunal, quod honesto Politiae nomine, privatorum singula verba facta-

factaque turpissime dijudicabat, graviter et invidiose accusaretur, quod ne minimam quidem hac dicendi opportunitate Imperatoris mentionem fecisset, quaeque honorifice de eo praedicanda fuissent, de industria reticuisse videretur. At non multum fuit, quod ex hoc negotio molestiae suscepit PALMIUS, non tam propter satellitum erga ipsum benivolentiam, quam propterea, quod infesta Gallis belli fortuna id efficeret, ut ubicumque sibi metuerent potius, quam alios vexarent.

Namque dimidiato fere post inchoatum alterum annum Academicum mense, accidit nobilis illa pugna Lipsiensis, et Gallici exercitus clades, tyrannidi Napoleonticae letalis futura. Cujus nuntium, sicut universae patriae, ita quoque Academiae nostrae, cives ita acceperunt, ut minime fallax recuperandae libertatis praesagium existimarent, quo et omnium pectora purissimo perfunderentur gaudio, et excitarentur, ad quaevis et perferenda, et suscipienda, quibus exoptatissimum illum eventum vel accelerare, vel adjuvare, vel ommino consequi possent.

Cum igitur tempus adesset, hunc animum et verbis declarandi, et factis demonstrandi, atque a Viris Illustrissimis, excutiendae servitutis Gallicae Auctoribus, ad arma pro Reipublicae liberatione capessenda evocarentur omnes patriae libertatisque amantes, Academica juventus inter primos fuit, qui in causa optima defendenda vitam, viresque et facultates omnes, profundere se velle profiterentur.

Itaque tum refrixerunt literarum studia, omniumque animi in id solum erant intenti, quo potissimum modo tyrannidem repellerent, et suo singuli periculo civitatem universam salvam praestarent. Verum, adjuvante Divini Numinis Providentia, nec diuturna nec anceps fuit pro patriae restitutione lucta. Nam perterriti tanto civium omnium in tyrannidis odium consensu Galli a solo Batavo sine pugna aufugerunt, atque adventantibus maxima celeritate auxiliaribus sociorum copiis, omne bellum in adjacentes Belgii Austriaci provincias, et haud ita diu post in Galliam, translatum est.

Ad

Ad quem eventum quantum contulerit Arausiaci Principis, ad Patriae opem ex Anglia non adventantis, sed advolantis, fama, norunt omnes, nec ignorabit remotissima posteritas. Hic igitur in exitu mensis Novembris ad oras Hollandicas advectus, mox universi populi voluntate et consensu Princeps ac Moderator Supremus Belgii Foederati creatus, d. 6 mensis Decembris imperium sibi delatum solenniter capessivit.

Interea Duumviri Reipublicae constituendae, qui ante Principis adventum ejus nomine summae rerum praeerant, decreto d. 4 ejusdem mensis, statuerant, Academias, tam Leidensem quam Groninganam, Gallicae servitutis ignominia liberatas, ad Batavarum Academiarum nomen ac decus restitui, ita ut, quae earum fuissent munera et instituta, imperii Batavi nomine, continuarentur, atque ad tempus eodem modo confirmarentur, donec universae institutionis Academicae norma ac ratio novo decreto sancitae forent.

Laeti hoc statuto Professores Leidenses, d. 7 Decembris ad Principis conspectum et salutationem admissi, eique et summi imperii dignitatem, ex bonorum omnium votis faustissimisque auspiciis susceptam, et Patriam ipsius virtute ac prudentia sospitem, ea qua par erat reverentia, gratulati sunt.

At justissimam Ordinis Senatorii de omnibus, quae sibi, quae Academiae et patriae fausta evenissent, laetitiam paulisper imminuit magistratus Academici a BRUGMANSIO ad KEMPERUM translatio, decreto Principis d. 6 Decembris jussa. Cujus ratio ea potissimum fuisse videtur, quod quae BRUGMANSIUS in Academiae bonum prudenter et sine ostentatione contulerat, praeter collegas paucis innotescerent, a nonnullis etiam, Gallicae dominationis invidia accensis, in sinistram partem acciperentur; summa autem KEMPERI, qui inter praecipuos libertatis instauratores fuerat, et immortalia erga Rempublicam merita, publica hac honoris ac dignitatis accessione eo magis ornanda viderentur,

sur, quo certius constabat, Virum egregium omne virtutis praemium, a Proceribus quocunque modo accipiendum, detrectare, neque quidquam magis cupere, quam ut pristino muneri, literis et studiosae juventuti sine mora redderetur.

Verum KEMPERUS, BRUGMANSIO amicissimus, ejusque ingenii et praeclarae eruditionis studiosissimus, oblatam sibi provinciam adire vehementer gravatus est, nec cessit, nisi Principis voluntati, ipsique BRUGMANSIO, roganti, hortanti, precibus etiam ab ipso flagitanti, ut, hac praesertim tempestate, quod sponte facere recusaret, Academiae causa atque amicitiae nomine faceret.

KEMPERUS igitur, d. 16 Decembris, in conventu Professorum frequenti, Rectoris munus solenniter suscepit, habita oratione gravi atque opportuna, qua decessoris sui, in Academiae commodis strenue atque omni tempore procurandis, merita summis laudibus extulit, doluitque se, ante Academici anni exitum, tanto viro successorem constitutum fuisse; ego vero, ajebat, cum vestrum omnium, tum BRUGMANSII inprimis voto obtemperandum censui, ne Principem supplicibus verbis adirem, ut vel neminem, vel quemvis alium, BRUGMANSIO sufficeret. Eodem autem die Professorum omnium suffragiis Actuarius Rectori adjunctus est J. H. VAN DER PALM.

Haud ita diu post, 21 ejusdem mensis die, Princeps Arausiacus, comitante filio natu majore, Principe hereditario, Leidam urbem visitavit, tanta civium celebritate, tamque effuso omnium gaudio, ut malorum gravissimorum, et cum incumberent vix tolerandorum, recordatio hujus unius dici laetitia ac festivitate penitus obliterata videretur.

Ad principes salutandos honorifice admissi Professores, solenni pompa e curia Academica ad urbanam processerunt, togis antiquis Leidensibus, non Gallicis illis segmentatis, amicti, militiae urbanae cohorte praeeunte, pedellis sceptra Academica praeferentibus, quarumvis disciplinarum

et facultatum alumnis stipantibus, cunctis habitu ac vestitu veterem Academiae gravitatem et dignitatem referentibus. Ex adolescentibus etiam nonnullis, a reliquis delegatis, Princeps sui copiam fecit, quo obsequium ipsi et reverentiam omnium nomine testarentur.

Hic autem annus, initio tot laetis eventibus insignis, deinceps trium obitu Professorum luctu haud caruit. Quorum primus fuit E. SANDIFORT, d. 13 Februarii 1814 e vivis ereptus; alter J. H. REGENBOGEN, ejusdem mensis d. 22 immatura morte exstinctus; tertius C. BOERS, d. 21 Maji fatis humanis functus. Quorum virorum maxima in rem literariam merita, praeclaraque fama, eruditione et humanitate parta, tenui hacce scriptione explicari nequeunt.

In defunctorum locum novi Doctores Academici suffecti non sunt, nisi quod, decreto Principis d. 3 Aprilis, Professorum ordini, hactenus sine disciplinae designatione, adjunctus est M. TYDEMAN, clarus Academico munere, quondam Trajecti ad Rhenum gesto, doctrina et honoribus conspicuus.

Atque haec fuerunt maxime memoratu digna, quae Academiae Leidensi hujus anni literarii decursu, evenirent. Verum interea, decreto d. 14 Januarii 1814, constitutum erat collegium septem-virorum (*), ingenio, doctrina et rerum Academicarum peritia excellentium, a quibus Princeps id petivit, ut de optima norma referrent, ad quam juventutis Batavae institutio, tam in scholis quae dicuntur trivialibus, quam in Academicis, componenda esset atque informanda. Qui quidem viri tanta diligentia atque assiduitate de tanta re commentati sunt, ut, paucis mensibus post, novae ordinationis legem Principi offerrent, quae deinceps Re-

(*) Hi viri fuerunt, A. F. VAN DER DUYN A MAASDAM, H. COLLOT D'ESCURY AB HEINENOORD, F. G. BOERS, H. TOLLIUS, J. M. KEMPER, M. VAN MARUM, D. J. VAN LENNEP.

Regia auctoritate sancita fuit. Quae vero sanctio cum legitime obtineri non posset, nisi cognitis Viri Illustris, domesticae administrationi Praefecti, nec non Collegii Consiliariorum, de hac Lege sententiis, decretum de Scholis literariis ordinandis non prodiit ante d. 2 Augusti 1815.

Itaque haec dum agebantur, mense Octobri 1814 novus annus Academicus erat inchoandus, servatis quodammodo institutis adhuc vigentibus, abrogatis tamen eorum nonnullis, quae tenue et ad ostentationem comparatum Gallorum redolerent ingenium: veluti de inscriptionibus trimestribus, lectionibusque in Auditoriis et publice habendis: atque novum conditum fuit album, cui civium Academicorum nomina inscriberentur.

Primum inter hos locum obtinuit GUILIELMUS FRIDERICUS CAROLUS, Arausiacus Princeps, Summi Foederati Belgii Moderatoris filius natu minor, cujus Frater, hereditarius Princeps, in illustrissima Angliae Universitate Oxoniensi non sine laude Literarum studiis operam navarat. Atque hoc tanti civis in Academiam nostram adventu inclytus fuit hic annus, cum Palladi Leidensi ad decus et famam nihil majus praestantiusque tali alumno, studiosae autem juventuti nihil exoptatius accidere potuerit, quam exemplo summae humanitatis, modestiae, amabilitatis, virtutumque omnium, quae juveni, Regio sanguine orto, esse possint ornamento, ad Patriae, ad Principis, ad bonarum artium disciplinarumque, amorem stimulari atque inflammari.

Verum paucorum mensium ea fuit felicitas. Buonapartius enim, in insulam Elbam relegatus, postquam custodum vigilantiam fefellerat, et comitante parva manu tribus navibus in Galliam appulerat, ab exercitu, legitimi Regis proditore turpissimo, magnis acclamationibus receptus, post viginti circiter dierum iter, Lutetiam venit, exeunte mense Martio a. 1815, imperiumque solenniter abdicatum perjurio recuperavit.

Itaque mox bellum exarsit; nam aut novum tyranni flagitium coërcendum puniendumque erat, aut, irrito omni maximarum victoriarum fructu, de salute Europae denuo desperandum.

Tum vero Arausiaca stirpe ortus juvenis, avitae virtutis bellicae haeres, qui et ipse jam superiore bello, pro libertate gesto, fortitudine et prudentia militari inclarescere coeperat, libris ac Praeceptoribus valedicere, nihilque cogitare, praeter arma, labores, pericula, atque e Musarum palaestra in Martis campos sese proripere.

Neque diversa mens fuit reliquorum Academiae alumnorum, qui uno ore profitebantur omnes, patriae salutem sibi literis, ipsaque adeo vita, cariorem esse. Cum verbis facta concinuere. Pars enim ad domos paternas, missis ad tempus literarum studiis, sese contulerunt, ut militiae, quae istic conscriberetur, nomen darent; pars maxima a Rege; nam interea universi Belgii, tam Austriaci quam Foederati, Rex creatus erat Princeps GUILIELMUS I; pars igitur maxima, venia a Rege impetrata, proprio sumtu apparatum et arma sibi comparârunt, inque his tractandis brevi temporis exercitatione ita eruditi, ut peritissimorum approbationem admirationemque ferrent, a Rege ad exercitum missi sunt, paucis post diebus, quam apud vicum, *Waterloo* dictum, nobilissima illa de Gallis victoria reportata fuit; cui praelio non interfuisse juvenilibus animis magna dolendi causa visa est.

Verum, antequam haec agebantur, d. 3 Decembris 1814, decreto Regio, Professores Theologiae designati fuerunt V. V. C. C. J. CLARISSE et L. SURINGAR; qui, d. 22 Maji 1815 in conventum Professorum introducti, Orationum inauguralium habendarum dies obtinuerunt 12 et 13 mensis sequentis. Qui cum adessent, ille Orationem habuit *de Theologo vere liberali*, hic, *de muneris doctrinae Christianae Interpretum praestantia, a futuris religionis doctoribus rite aestimanda.*

Atque ita appropinquabat tempus, quo ratio Academiae nostrae interme-

media illa inter Francica et vere Batava instituta, quae duos fere annos exstiterat, cum stabili, eaque illustriore et splendidiore, quam umquam fuerat, permutanda esset. Nam postquam decreto d. 2 Augusti, de quo supra monuimus, institutionis eruditae ratio constituta erat, d. 16 Octobris novum prodiit decretum, quo instauratae Academiae Leidensis et Curatores et Professores nominati sunt.

Curatorum haec sunt nomina:

A. F. COMES VAN DER DUYN A BENTHORN ET MAASDAM.

F. VAN LEYDEN A WESTBARENDRECHT.

F. G. BOERS.

H. COLLOT D'ESCURY AB HEINENOORD.

nec non

MAGISTRATUS LEIDENSIS PRAESES.

Nomina Professorum in Annalium initio legentur.

His igitur peractis, Academiae inaugurationi dies dictus est 6 Novembris ejusdem anni; cujus solennia ingenti pompa, maximo populi ex universa Hollandia concursu, nec minore omnium gaudii gratique erga optimum Regem animi demonstratione, publice celebrata sunt. Horum brevis sequitur descriptio.

Nimirum Amplissimi Academiae Curatores, mox ubi in urbem venerant, a Magistratu in curia honorifice lauteque excepti sunt, ibique a Senatus Academici delegatis, Rectore et Senioribus, salutati. His autem reversis, una cum Magistratu, comitante satellitio militari, pompa decora et splendida, in aedem a Petro Apostolo dictam concesserunt, eamque inter civium acclamationes suavissimumque concentum Musicum intrarunt. Eodem sese contulerant Academiae Rector, Senatus et studiosae juventutis turba, simili comitatu, pompa et laetitiae publicae demonstratione. In ista vero aede, solennibus peragendis destinata, cum Rectore et Senatu sese conjunxerunt Curatores, singulique sedes

sibi paratas occuparunt. Curatoribus, pro hujus diei festivitate, praerat Vir Illustrissimus, Institutioni publicae Praefectus, o. REPELAER A DRIEL. In templo aderant ex Regis Ministris, Consiliariis, aliisque Viris, maximis in Civitate honoribus summaque dignitate conspicuis, haud pauci, nec non honestissimarum matronarum virginumque splendidissima corona.

Curatorum Praeses, Vir Amplissimus, VAN DER DUYN A MAASDAM, postquam Oratione brevi, sed gravi atque opportuna, splendidi hujus consessus acta auspicatus esset, praelegi jussit decretum, quo Rector, Actuarius, et Professores Academiae, nominantur, atque ab his, inprimis vero a Rectore, jusjurandum lege praescriptum exegit. Quibus peractis, Academiam Lugduno-Batavam, nomine Regis, legitime constitutam proclamavit.

Dein Rector Magnificus, Belgico sermone, Orationem habuit Academiae inauguralem, *de justissima hoc festo die laetandi causa, propter instauratam, auctam et insigniter amplificatam, hanc Academiarum Belgicarum primam et antiquissimam.* Cujus Orationis legendae copia, et antea separatim, et nunc his annalibus, facta est.

Nefas tamen sit, hoc unum praetermittere, dum ipsa Oratio haberetur, Regis decretum allatum esse ad Curatores, quo regia suppellex locupletissima, rerum ex omni natura, animalium, plantarum, fossilium, praestantissima specimina continens, ante hos viginti annos vi et injuria in Galliam ablata, nuperque justissimo victoriae titulo a spoliatoribus recuperata, Leidensi Academiae donabatur. Quem nuntium quum Orator e cathedra recitaret, tantis plausibus exceptus est, ut praeter talem Regis munificentiam, vix quidquam justissimam hujus diei laetitiam tantopere cumulare potuisse videretur.

Finita Rectoris Oratione Cl. M. SIEGENBEEK, carmen festum, sermone item Belgico, recitavit, quo et antiquae Academiae Leidensis laudes

des celebraret, et renatae praesentem felicitatem praedicaret, futuramque gloriam veluti vaticinando augguraretur.

Atque haec praecipua fuerunt hujus diei solennia; quibus perfectis absolutisque, Viri Illustrissimi, Institutioni publicae Praefectus, et Academiae Curatores, cum Professoribus et studiosa juventute, ad curiam Academicam sese contulerunt, nec inde discesserunt, nisi ad celebrandas epulas splendidissimas lautissimasque jussu Curatorum instructas; ad quas invitati adfuerunt quoque principes e magistratu ac tribunali urbano, e praesidio militari, atque ex omni Civitate viri, ut et studiosorum delegati. Nec dies finem fecit laetitiae, in multam noctem continuatae, ab omni protervia licentiaque alienissimae, nulloque adeo tristiore casu turbatae.

# REDEVOERING

BIJ DE

# INHULDIGING

DER HERSTELDE

# LEYDSCHE UNIVERSITEIT,

EN DE

# INVOERING DER NIEUWE INRIGTING OMTRENT HET HOOGERE ONDERWIJS.

---

Zoo is dan ook de wensch, die mij en ons allen, na de herstelling van ons Vaderland, het naast aan het hart lag, nu vervuld. Nederlands Hooge Scholen hebben haar eigen onafhankelijk bestaan te rug ontvangen. Vaderlandsche wetten, naar den geest des tijds, zoo wel als naar den geest des volks berekend, verzekeren aan dat bestaan bloei en duurzaamheid; en hetzelfde gebouw, dat voor drie jaren onze verkropte spijt en verontwaardiging zag, is nu getuige onzer ongekunstelde blijdschap en erkentenis.

Geen uwer, mijne Hoorders, is er, die niet met mij deelt in het gevoel, het welk door alle deze denkbeelden wordt opgewekt; maar ook geen is er, onder U, wiens hart zich niet met het mijne, bij dit gevoel,

voor

voor en boven alles tot den Almagtigen wendt, door wiens wil alle de wisselingen van het ondermaansche geregeld worden.

Hij toch hoorde ook voor drie jaren onze stille verzuchtingen, toen het geweld de gebeden zelfs van het overkropt gemoed bespiedde; Hij ontvange nu openlijk de eerstelingen onzer vrij ademende dankbaarheid.

Ja, Grootmagtig, eeuwig Wezen! door wiens wijsheid alles geregeerd wordt, terwijl het doorzigtigst verstand bij het nadenken uwer volmaaktheden duizelt! ja, wij gevoelen het, wat U de menschheid schuldig is, en wij volgen met genoegen den aandrang van ons hart, om met dankzegging voor U, den onzigtbaren, maar alom en ook hier tegenwoordigen, neder te knielen. — Duizend en duizendmaal duizend dankzeggingen zijn in de laatste jaren tot U opgezonden, voor het weder geopend uitzigt op volksgeluk, op uitwendigen bloei en welvaart; niet minder hartelijken, vurigen dank brengen wij U toe voor de weder geopende loopbaan van den vrijen geest. — Met ijskoude rilling zagen wij het ontwerp zich ontwikkelen en rijpen, om in de zedelijke wereld, en in het rijk der waarheid, alles aan de kluisters eener slaafsche werktuigelijkheid te leggen; doch wat konden onze stille tranen, onze krachteloze verontwaardiging, tegen de zwaarden uitrigten, die het geweld ten dienste stonden? Wanhoop en onverschilligheid knaagden reeds aan de wortels, waaruit alles, wat goed en edel in den mensch is, moet voortspruiten, en de standvastigste moed bezweek, het scherpzinnigst doorzigt verstompte, daar alle hoop scheen afgesneden! Maar Gij, Almagtige! Gij wenktet, en het weldadig onweêr barstte los, door het welk de verpestende lucht, waarbij alle gevoel van menschenwaarde wegstierf, moest verdreven en vernietigd worden. — Het ondragelijke zelfs der ellende en der onderdrukking herstelde den geest van moed en volharding; en, daar Uw zegen de banieren van regt en waarheid kroon-

de,

de, werd de zaak der menschheid, ook bij den herhaalden strijd, in zoo vele dagen ten goede beslist, als er jaren noodig waren geweest, om het kunstgewrocht der dwingelandij slechts eenen schijn van vastigheid te geven. — Ontvang dan nu, Gij, die onze verborgene klagten gehoord hebt, ook onzen openbaren dank met welgevallen, schoon ons de woorden ontbreken, om dien op eene waardige wijze uit te drukken. — Eerbiedig dankten U onze vaderen, hier, voor twee eeuwen, bij de grondleggiug van dezen eersten tempel der wijsheid in ons Vaderland; neem dit uur de hulde der erkentenis van hun niet geheel verbasterd nageslacht gunstig aan; neem die ook daarvoor aan, dat, bij het openen van dezen herbouwden tempel, ook het licht, dat twee eeuwen nasporing en vordering ontstoken hebben, niet te loor is gegaan. Maar boven alles zegen Gij, God des lichts en der wijsheid, deze nieuwe inrigting, door den besten der Koningen tot Nederlands geluk in stand gebragt, en doe ook dit feest medewerken tot bevestiging van den band, welke door wederkeerige liefde hier aanvankelijk zoo gelukkig om Vorst en Volk gestrengeld is.

---

Ik heb zeker, mijne Hoorders! in deze uitstorting van mijn gevoel, ook de inspraak van uw hart gevolgd; en ik durf mij insgelijks met uwe goedkeuring vleijen, wanneer ik U zegge, tot mijn onderwerp bij deze feestviering geene andere stoffe gekozen te hebben, dan *het regtmatige der plegtigheid zelve, en de beschouwing der pligten, voor welke zij de loopbaan opent.*

De oude Hooge School van Leyden herleeft; de klemmende wetten, het uitvlocisel van vreemde zeden, waardoor ons hooger onderwijs onteerd

werd, zijn vernietigd. Ook wanner dit alleen aanleiding tot deze plegtigheid gegeven had, zouden reeds vreugde en dankbaarheid dit feest tot eene Vaderlandsche plegtigheid heiligen moeten.

Wat toch was van Hollands pronkjuweel geworden? Haar onafhankelijk bestaan was met de onafhankelijkheid van het Vaderland verdwenen. Het listig uitgedacht ontwerp des gewelds, om een op zich zelf voortreffelijk beginsel van staatkunde te overdrijven, en niets, volstrekt niets in den Staat te dulden, het welk geene schakel aan de algemeene keten uitmaakte, waarvan het einde zich in de handen van den dwingeland bevond; dit ongelukkig toegepast beginsel had ook haar, die zoo lang in Europa als de kweekster van eene reeks der grootste mannen beroemd was, tot eene afdeeling der onoverzienbare Universiteit van Frankrijk vernederd, en de zuivere bron, door den Grondvester onzer onafhankelijkheid tot belooning van moed en Vaderlandsliefde geopend; de bron, waar landzaat en vreemdeling beiden, eeuwen lang, hunnen dorst naar wijsheid en deugd kwamen lesschen; werd, ô onvergetelijke schande! hier in hare schoonste aderen gestopt of belemmerd, daar langs allerlei zijwegen afgeleid door verwaande vreemdelingen, in wier oogen slechts gelijkheid met *hunne* instellingen eene verdienste was.

En wat waren dan toch deze instellingen, ten aanzien van het hoogere onderwijs, om van het lagere en middelbare, nog gebrekkiger dan dit, te zwijgen; wat waren zij, om de eer te verdienen, van onze oudere inrigtingen te vervangen? Gaven zij den geest een ruimer veld? Ademden zij meerdere vrijheid? Boden zij grootere aanmoedigingen, om de baan der wetenschappen in te treden, of daarin voort te gaan? Laten de wetten zelve, door welke die instellingen geregeld worden, deze vragen beantwoorden, zoo de ondervinding het nog niet genoeg gedaan heeft. Wat *mijn* oordeel over deze instellingen is, heb ik in de dagen zelve, waarin wij

ons

ons aan dezelve onderwerpen moesten, in het openbaar gezegd (1); en ik verheug mij, het toen gezegd te hebben, om thans van de altijd onedele bemoeijing vrij te zijn, om gevallene zaken nog verachtelijker te maken.

Verre is het dan ook nu van mij, om, ten gevalle van eenen anderen geest des tijds, het goede te willen ontveinzen of verdonkeren, waardoor zich deze instellingen zouden hebben kunnen aanbevelen. Ik heb altijd het openbare en meer strenge onderzoek naar de bekwaamheden van hen, die op wetenschappelijke rangen aanspraak maken, toegejuicht; ik heb het eene verbetering gevonden, dat niet langer de willekeur van ongeoefende, en met de wetenschappen onbekende jonge lieden, over den loop der studiën kon beschikken; maar hoe gebrekkig is de Fransche wet ook daar, waar zij anders aanbeveling schijnt te verdienen? Hoe ondoelmatig is in de meeste gevallen dit onderzoek naar bekwaamheid geordend? Hoe onwetenschappelijk is de loop der studiën in vele vakken geregeld? Hoe kleingeestig en bekrompen zijn de middelen, welke de bekoming der vereischte kundigheden moeten waarborgen? En hoe weinig is dit alles, wanneer het op de waardering eener geheele inrigting aankomt, welker in het oog loopend doel geen ander dan dit was, om ook in de beoefening der wetenschappen dien krijgsmatigen geest van ondergeschiktheid en werktuigelijkheid te doen wortel schieten, waarop het geheele stelsel van Frankrijks overheersching rustede? —

Heil dan, Mijne Hoorders! heil het Vaderland en de wetenschappen; dat ook dit gedenkstuk onzer onderdrukking, ook dit overblijfsel onzer vreem-

(1) In mijne Redevoering, bij het openen der algemeene Vergadering der Hollandsche Maatschappij van Kunsten en Wetenschappen, op den 26 September 1812.

vreemdelingschap in het land onzer geboorte, weder vernietigd is! Heil het Vaderland en de wetenschappen, dat zich Hollands oudste Hooge School weder tot een eigen bestaan verheft! Maar driedubbel heil het Vaderland en de letteren, dat ook hier de Nederlandsche bedaardheid van een verlicht Nederlandsch Vorst aan geene woeste kreten van hartstogten, in het afbreken of herstellen, heeft gehoor gegeven!

Schaarsch is in het staatkundige de gelegenheid tot geheele verandering van bestaande inrigtingen; want alleen uit derzelver duurzaamheid wordt de openbare volksgeest geboren, welke de eenige vaste steun der Staten is; gelijk die geest, eenmaal gevestigd, wederkeerig deze bestendigheid zelve waarborgt. Maar juist om het schaarsche zelfs dier gelegenheid; juist om het groote gevaar van *ontijdige* zucht tot verbetering en vernieuwing van vooronderlijke Instellingen; juist daarom is het wijsheid, zoowel als pligt, die zoo zeldzame gelegenheden niet te laten voorbijgaan, zonder nut van dezelve te trekken.

En wat tijdstip kon dan geschikter tot eene dergelijke herziening zijn, dan het tegenwoordige in ons Vaderland? De dadelijk aanwezige inrigtingen waren, als vruchten van vreemden bodem, gehaat of verdacht; de nationale band tusschen den volksgeest, en de bijzonderheden onzer oude instellingen, was door twintig jaren veranderingen verzwakt, ja! bij het grootste gedeelte van het tegenwoordige geslacht verbroken; en de kreet zelve, om toch alles, wat nog een overblijfsel onzer overheersching was, terstond door Nederlandsche bepalingen te vervangen, grondde zich bij de menigte minder op eene beredeneerde gehechtheid aan oude, dan wel op eenen onverzoenlijken en weldadigen haat tegen de dadelijk bestaande inrigtingen.

Dankbaarheid zegene dus ook hierin den Vorst, wiens oog dien waren toestand van ons Vaderland doorzag, en wiens beginselen vast genoeg waren, om zich even min door den onvoorzigtigen wensch van welwillende

de geestdrift, tot een blind herstel van al het oude, als door de vleijende spitsvindigheden van gemaskerd eigenbelang, tot een verderfelijk aanhouden van al het nieuwe te laten misleiden.

Reeds ontelbare zegenrijke gevolgen heeft deze kalme wijsheid voor het Vaderland gehad; en de dag zoude mij te kort zijn, indien ik hier, mijn hart involgende, U de reeks mogt optellen van bepalingen, die, door dezen wijzen middelweg te volgen, onze staatsinrigting eene zekerheid en duurzaamheid waarborgen, waardoor alleen, na zoo vele schokken van tegenovergestelde uitersten, eindelijk weder in ons midden rust en kalmte herleven kunnen.

Maar het geen alzoo in het algemeen waar is, geldt vooral niet minder in het bijzonder, ten aanzien van het onderwerp, waarover wij nu spreken.

Niemand toch, die maar eenigzins met den stand der wetenschappen in Europa bekend is, kan ontkennen, dat in vele opzigten, onze oudere Akademische inrigtingen herziening behoefden.

Vele takken van wetenschap, welker belangrijkheid eerst het gevolg van latere ontdekkingen is geweest, konden geene plaats vinden in de reeks der voorwerpen, waartoe het Hoogere onderwijs zich bepalen moest. De aanmoedigingen, om de loopbaan der geleerdheid in te slaan, moesten, daar zij met den tegenwoordigen geest der Staatkundige beheering niet strookten, door andere vervangen worden. De bepalingen, om het Vaderland zeker te stellen, dat niet dan aan wezenlijk kundigen het bewijs en getuigschrift van kunde werd afgegeven, hadden door misbruik haar gezag verloren; gelijk de kennis zelve, boven welke die bepalingen niets vorderden, tegenwoordig de billijke eischen van den Staat niet meer konde bevredigen.

Was het nu, bij zulk eene gesteldheid van zaken, wenschelijk, dat de vernietiging der vreemde nieuwigheden van de laatste jaren, alleen

door de blinde herstelling van het oude ware opgevolgd? Was het genoeg geweest, het onderwijs, met behoud onzer oude instellingen, uit te breiden, en met nieuwe vakken te vermeerderen? Dat mij de grootste bewonderaar onzer oudere inrigtingen hierop antwoorde: zoo hij opregt en onbevooroordeeld is, zijn antwoord zal niet anders dan ontkennend kunnen wezen. Want te lang reeds had eene treurige ondervinding geleerd, dat uit eene zoodanige uitbreiding op zich zelve niets dan een nutteloos bezwaar voor den Staat geboren werd; zoolang het gebruik maken van dit ruimer onderwijs door niets gewaarborgd was, maar integendeel onbeschermd bloot stond aan belemmering en bespotting, door de tegenwerking van eigenbelang, vooroordeel, onkunde en kleingeestigheid.

Doch ik behoeve hierbij niet stil te staan, daar de algemeene belangstelling zelve in de herziening dezer inrigtingen bewezen heeft, hoe groot de prijs was, die men overal op de verbetering daarvan stelde.

Het eenige dus, waar hier alles op aan komt, zou de vraag zijn, of de nieuwe orde, welke wij door dit feest huldigen, inderdaad als eene verbetering te beschouwen zij?

Maar deze vraag zelve, mag zij gedaan worden, nu die inrigting eenmaal tot eene wet geworden is? en kan zij nu wel meer beantwoord worden, zonder dat dit antwoord eene lofrede zij?

Ja, M. H.! dankt ook daarvoor het Opperwezen, dat de tijd voorbij is, waarin de vrijheid, ook van het bescheidenst oordeel, door het geweld geboeid was, en waarin wij zelfs, wij Hollanders, met de laagheid onzer vreemde onderdrukkers moesten instemmen, bij welke iedere nieuwe verandering genoeg was, om den lofzang van volmaaktheid voor hunnen afgod aan te heffen! Dankt ook daarvoor het Opperwezen, dat tot onzen Vorst geene vleijerij, maar waarheid den toegang opent; en dat bedenkingen zelfs en zwarigheden hem aangenaam zijn, zoodra hij slechts de gronden, waaruit die bedenkingen voortkomen, *kan vertrouwen.*

Weg

Weg dan van mij alle hoogdravende Fransche lofspraak! Ook wanneer ik aan het ontwerp dezer nieuwe inrigting geheel geen aandeel had, zou de schijn, wat zeg ik? de mogelijkheid eener verdenking zelfs van vleijerij genoeg zijn, om mij van onbepaalden lof terug te houden; maar dit meen ik, na mijne vorige betrekking te mogen, en in mijne tegenwoordige te moeten beweren, dat inderdaad hetgeen door het Vaderland en de letteren bij deze verandering gewonnen wordt, tot een feest van algemeene vreugde en dankbaarheid wettigt.

Doch zelfs dit wil ik geenszins in elke bijzonderheid betoogen. Eene plegtigheid als deze is voor zulk eene ontwikkeling niet geschikt; en de waarheid van het beweerde hangt toch, bij dergelijke veel omvattende inrigtingen, waarlijk niet van het goede elker bijzondere bepaling, maar alleen daarvan af, of zich de wetgever het groote doel zijner wet zuiver en naar waarheid hebbe voorgesteld, en of de middelen, ter bevordering van dat doel door hem uitgekozen, beter dan de vroegere bepalingen, tot bereiking van het oogmerk berekend zijn.

En wat behoort dan wel het doel te zijn, waartoe zich de wetgever, bij zoodanige inrigtingen, zuiver en uitsluitend te bepalen heeft? Wat anders, dan het belang der wetenschappen en van het onderwijs zelf? Maar is dit zoo, dan durve ik met gerustheid zeggen, dat er in Europa geene wetenschappelijke inrigting bestaat, welke zich meer zuiver bij dit doel bepaald heeft, dan die, welker inwijding wij nu vieren.

Vergelijkt, bid ik U, M. H.! de wet, die van dit oogenblik af de grondwet onzer Akademische inrigtingen uitmaakt, met andere wetten van dien aard; vergelijkt dezelve vooral met die, welke wij drie jaren hebben moeten volgen; en ook dan, wanneer voor het overige uw oordeel over het meer of min doelmatige mogt verschillen, zult gij echter met dankbaarheid moeten erkennen, dat geen spoor dier bijoogmerken, welke zoo vele andere gelijksoortige inrigtingen ontsieren, hier te vinden is;

dat

dat de Wetgever nergens hier zich zelven, maar alleen de zaak in het oog heeft; dat hij nergens hier het onderwijs en de wetenschappen als eenen last, waarvan hij zich als bij uitkoop moet los maken, maar als eene aangename taak, voor welker vervulling het benoodigde zich naar de omstandigheden regelt, aanmerkt; dat hij zich aan de voldoening van de behoeften dezer inrigting nergens op eene onedele wijze onttrekt, door dezelve te verdeelen of over te dragen, maar de bevordering van kennis als een' pligt beschouwt, welke op den geheelen staat als zoodanig rust; met één woord, dat hij alleen de wetenschappen, en niets anders dan de wetenschappen, bij zijne wet voor het oog heeft gehad.

Wat dus zuiverheid en eenheid van bedoeling betreft, M. T. is de geest onzer tegenwoordige inrigting volkomen dezelfde met dien van ons voormalig bestaan: laten wij nu onze aandacht wenden tot de beschouwing der middelen, door welke de bereiking van dit edel doel moet gewaarborgd worden.

Het is uit den aard der zaak duidelijk, dat het doel eener wet, die den bloei der wetenschappen in een land zal verzekeren, tweeledig moet zijn: voorcerst, de geleerdheid zelve te bevorderen; maar ten anderen ook, het licht derzelve, op eene doelmatige wijze, voor den Staat en het opkomend geslacht in de meeste uitgestrektheid nuttig te maken.

Maar wat zijn nu wel de middelen, welke de Staat in handen heeft, om de bereiking van het eerste dezer oogmerken, door het wenschelijk maken van den geleerden stand, te verzekeren? De ondervinding van alle tijden en volken heeft deze vraag lang beantwoord, en de slotsom van hare uitspraken is: Vrijheid, onbezorgdheid van bestaan, en opwekking van naijver door eer.

Vrijheid! ja met regt noemde ik haar in de eerste plaats, als den eenigen waarborg van ontwikkeling. Want, waar zij ontbreekt, kunnen geene schatten, geene eer dat gemis vergoeden. Kwijnend krommen zich

de

de schoonste stammen, onder den dwang der kunst, in eene heg geplant; ook bij de rijkste kracht van wasdom, bij de gunstigste wisseling van regen en zonneschijn. Maar de boom, die zich in het open veld verheft, die de voeding der natuur in licht en lucht van alle zijden inademt, terwijl zich zijne takken met majesteit naar alle kanten uitstrekken; wilt gij weten, wat het is, dat hem tot een sieraad der geheele landstreek, tot een' zegen voor den afgematten landman gemaakt heeft? het is vrijheid alleen, en onbelemmerde ontwikkeling!

En toch hebben wij, inwoners van het land, dat aan vrijheid van denken en leeren zijnen staatkundigen bloei niet alleen, maar ook zijnen letterkundigen roem, te danken heeft gehad; toch hebben wij ze moeten dragen, de ketenen, waaronder alle ware uitbreiding van kennis moest wegsterven! toch hebben wij moeten leven onder wetten, welke alle verspreiding van licht, als een uitsluitend regt, aan de van Staatswege bestaande inrigtingen toekenden; welke geheele vakken van kennis, als gevaarlijk voor de magt des dwingelands, uit de reeks der wetenschappen wegvaagden; en in vele der nog behoudene zelfs de wijze van voordragt bepaalden, om toch elken straal van licht te verhoeden, waarbij zich het gedrochtelijke van Europa's toestand in deszelfs ware gedaante vertoonen moest! Maar het nakroost van den EERSTEN WILLEM leefde nog; de herstelling kwam, van waar de grondlegging gekomen was; en het werk, door den Vestiger van onzen Staat begonnen, zien wij thans nog luisterrijker door zijnen Opvolger voleindigd.

Ja, met blijdschap lees en herlees ik de bepaling (*), welke het aan ieder zonder onderscheid vrij stelt, om zijn licht aan anderen ten nutte te maken; met genoegen zal ik de vergaderingen bijwonen, welke mij en al-

(*) Zie Art. 2 der Wet op het Hooger Onderwijs.

allen, daar tegenwoordig, zullen bewijzen, dat, ook buiten de van landswege geopende oefenplaatsen, kundigheden zijn opgezameld, welke de eischen van den Staat volkomen bevredigen; en zonder eenig ongenoegen of spijt zal ik de afbreuk, die dit aan het getal onzer kweekelingen zou kunnen toebrengen, zien plaats hebben; altijd mij herinnerende, dat het Vaderland en de wetenschappen niet om de Hooge Scholen en Hoogleeraren, maar de Hooge Scholen en Hoogleeraren om het Vaderland en de wetenschappen bestaan!

Heil dan ons, dat dit edel beginsel onzer voorouderlijke inrigtingen is bewaard gebleven! Maar ook heil ons, dat de nieuwe wet een vooroordeel vernietigd heeft, waartoe die oudere inrigtingen aanleiding gaven: als of het beroep tot eenigen tak van onderwijs niet alleen de bepaling van een' pligt, maar ook de toekenning van een regt behelsde, om uitsluitend de verkondiger en leeraar eener wetenschap te zijn.

Ik heb eerbied, M. H. voor het plegtgewaad van mijnen stand, want ik ken geene meer edele roeping, dan die van den geleerden, en ik herinner mij daarbij den roem der vaderen, tot welks handhaving mij dat plegtgewaad verpligt. Maar weg met dit plegtgewaad, indien het anderen belemmert! weg met deze onderscheiding, indien zij alleen de dosch van schoolsche waanwijsheid en aanmatiging is! weg met dezen stand, waarop ik roem draag, indien mijn Vaderland daardoor van een ander en beter licht verstoken wordt!

Doch, gedankt zij de Hemel! in ons Vaderland is dit het geval niet meer. Open is de baan voor allen; en ten aanzien zelfs van hen, die van Staatswege tot het hooger onderwijs geroepen worden, vraagt de wet naar geene andere voorwaarde meer, dan alleen naar wetenschap en kunde. Leest de namen van hen, die door onzen Koning, zonder eenige onderscheiding van godsdienstige of staatkundige gevoelens, tot de eer van het hoogere onderwijs geroepen worden; gij zult er het bewijs

in

in vinden, dat beginselen, eenmaal door een Nederlandsch Vorst openlijk beleden, meer dan woorden zijn; en zelfs zij zullen dit moeten erkennen, die tegenwoordig in het Noorden van Europa op grond van de verlichting onzer eeuw alles vorderen, terwijl zij het niets wederkeerig toegeven in het Zuiden, wat zeg ik? terwijl zij de herstelling der onverdraagzaamheid, der vervolgingen, en der barbaarschheid aldaar, als weldadig verheffen en toejuichen. (*).

Of dus uit dit oogpunt onze nieuwe inrigting aan de vorderingen des tijds beantwoorde, kan aan niemand twijfelachig zijn. Doch hiermede was niet alles afgedaan, en het openstellen der baan was vruchteloos, indien er geene aanmoedigingen van belooning en eer bestonden, om dezelve in te treden.

Duizendmaal is het gezegd, dat ook de ingespannenste zucht voor de letteren, bij gebrek van aanmoediging, verflaauwt en wegkwijnt; dat de

(*) Mijne gevoelens omtrent de gelijke Staatsregten van alle godsdienstige gezindten zijn geene andere, dan die, welke onze Grondwet bevestigd heeft. Ook bij nog sterker achteruitgang in het Zuiden van Europa zullen die gevoelens dezelfde blijven, omdat elke wedervergelding in deze soort van zaken mij kleingeestig voorkomt. Doch het blijft toch, in den tegenwoordigen staat van het Catholicisme en Protestantisme, eene vraag: waarom dan juist alle aannadering slechts van ééne zijde moet plaats hebben? en deze vraag kan met te meer grond gedaan worden, sedert een onzer Zuidelijke landgenooten de moeite genomen heeft, openlijk en uitdrukkelijk te beweren, dat men zich wel op deze gelijkheid beroepen mag, wanneer zij door anderen ten onzen voordeele erkend wordt, maar dat men zich wel moet wachten, dit regt wederkeerig aan anderen toe te kennen. Ik weet wel, dat dit slechts het gevoelen van één bijzonder persoon is; maar bij het zwijgen van hen, wier eer het meest door zulk eene dwaasheid geschandvlekt wordt, moge men mij dit enkel woord ten goede houden.

de warmste drift tot uitbreiding van kennis, onder den druk van huiselijke zorgen verkoelt; en dat niets voor de wetenschappen doodelijker is geweest, dan de noodzakelijkheid, waarin zich zoo vele geleerden bevonden, om slechts op het winstgevende hunner betrekkingen of verkregene kundigheden te letten, ten einde toch, bij een ontijdig overlijden, vrouw en kinderen niet geheel hulpeloos achter te laten.

